

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Diuicie bp  
cum fonte primo

Ingentis animi est qui diuicias sibi circumfusas  
diu multumque miratus quod ad se uenerunt ridet;  
suas audit magis esse quam senciāt.  
Magnum est non corrumpi diuiciarum contubernio.  
Magnus ille est qui in diuiciis pauper est.

Seneca XX. epistola.

Et ille ingentis animi est qui illas circumfusas sibi,  
multum diuque miratus quod ad se uenerint, ridet  
suasque audit magis esse quam sentit.  
Multum est non corrumpi diuiciarum contubernio;  
magnus ille qui in diuitis pauper est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 20.10 (L. Reynolds ed., vol.1, p.55,  
ll.13-17).